

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

**§. 47.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

## §. 46.

## 2) Requisita specialia.

## a) protestationis notarialis.

Et quidem de notariis extra dubium positum est, ab iisdem confici posse protestationum instrumenta. Sunt enim officiales publici, ea potestate, ut de omnibus, quae in sensus eorum cadunt, testimonium validum praestent, muniti \*). In hoc autem protestationis instrumento nihil, nisi quod audiunt vel vident, consignandum habent. Nec opus est, ut notarii ad protestationes cambiales confiendos speciali muniti sint permissione, quanquam etiam hoc desiderent quaedam jura particularia \*\*).

## §. 47.

Disquiritur autem porro, quaenam ad protestationis instrumentum notariale necessaria sint habenda? Evidem nullus ambigo, secundum jus commune, id est hoc loco praesertim secundum leges imperii \*\*\*), eadem omnia requirenda esse ad protestationem notarialem, quae in genere ad quodlibet instrumentum a notario confectum; quibus igitur hic nullo modo immorandum esse censeo.

Du-

\*) PUFENDORF obs. jur. univ. T. II. obs. 180. CRAMER wezzlar. Nebenst. Tb. 99. S. 100.

\*\*) e. g. Ordinatio camb. elector. Palatina art. 21. — in SIEGELII corp. j. camb. P. I. pag. 396, cf. etiam IO. AD. BECK vom Wechselr. Kap. 4. §. 38.

\*\*\*) Notariatsordn. v. 1512 etc. cf. BECK vom Wechselr. Kap. 4. §. 42., ubi late et ample omnia instrumenti requisita exposita invenies.

F



## §. 48.

Dubitatum est, num duo testes ad protestationem cambialem notarialem necessarii habendi sunt? Negant pluriimi, legibus et consuetudinibus particularibus innixi, quae saepenumero solum notarium absque ulla testibus vel etiam eundem uno saltem teste ipsi associato, ad protestationem cambialem legitimani sufficere perhibent \*); quorum valori equidem nihil detrahatur, quamdiu de juribus istis particularibus solummodo sermo instituitur, cum omnia, quae circa formam instrumenti occurunt, ex legibus loci, ubi confectum est, dijudicanda esse inter omnes fere convenit \*\*). Talia vero iura particularia quando probare nequis, non video, quomodo praescriptam in legibus imperii praesentiam testium in ullo instrumento notariali ex juris communis paeceptis exulare posse

\* ) Habet harum et aliarum legum, quae e. g. duos notarios vel duos testes absque notario etc. postulant, exempla, omnia tamen exotica, in SIEGELIANO corpore P. I. pag. 550. 455. 555. et alibi. In causa deficientis notarii iura anglica permittunt, ut protestationis instrumentum a quodam, qui bona immobilia in loco confectionis possideat, in praesentia duorum testium habilium conficiatur. BLACKSTONE'S *commentaries on the Laws of England*, Book II. chap. 30. ed. II. (Lond. 1791.) T II. pag. 469. Notarium absque testibus sufficere statuit *alg. preuss. Landr.* P. II. c. 1056. Memorabilis lex *Francofurti ad Mönnum* occurrit, ubi quidem certi Notarii ad negotia cambialis jurejurando obstricti (*Wechselnotarien*) constituti sunt, ad quorum protestationes non adhibentur testes; notarius vero quisque *non cambialis* ad protestationem conficiendam testes adsciscere tenetur. *Frankfurt W. O.* §. 2. et 17. — in UHL. cont. I. pag. 74. et 78. SPAN *Frankfurt. Wechselrech. §. 71.* pag. 60. RICCIUS exercitatt. camb. Ex. 10. Sect. 5. §. 2. et 39.

\*\*) SEGER. diss. de vi legum in territorio alieno. (Lipf. 1777.) pag. 6. sqq. GLÜCK Erläut. der Pand. Th. I. S. 277. HOMMEL, rhabl. quaest, obs. 409. PÜTTMANN WR. §. 112,

